

a Idem est ex auxilio Dei moventis animam ad bo- A
 dicta q. num. a
 112. ar. Nihil enim homo potest facere nisi à Deo mo-
 2. c. veatur; secundum illud Joannis 15. sine me nihil
 potestis facere: & ideo cum dicitur homo facere
 b Idem quod in se est, dicitur hoc esse in potestate homi-
 q. 109. nis secundum quod est motus à Deo b
 ar. 6. ad C A P. X.
 2. vide Præcepta Dei non sunt impossibilia, sed im-
 Bona. in pleri possunt per gratiam.
 2. d. 28.
 a 1. 2. q. Q Via ergo non possunt custodiri verba Dei,
 1. nisi per fidem quæ per dilectionem opera-
 c Aug. tur c
 conc. 7. Et decem præcepta nemo implet viribus suis, ni-
 in Psal. si adjuvetur gratiâ Dei: d
 118. & Oramus per gratiam nobis donati, ut faciamus
 super c. quod per nosmetipsos implere non possumus. e
 5. ad Non ergo ideo gratia justificationis datur; ut
 Gal. quod facere per liberum jubemur arbitrium, fa-
 cilius implere possimus per gratiam; tanquam etsi
 d Aug. gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen
 ferm. possemus etiam sine illa, implere mandata divi-
 148. de na. f
 tempore. Nam per peccatum primi hominis ita inclina-
 tione & attenuatum est liberum arbitrium, ut nul-
 l. 10. lus potest aut diligere Deum sicut oportuit, aut
 in Psal. credere in Deum, aut operari propter Deum quod
 118. bonum est, possit, nisi gratia eum & misericordia
 divina prævenit. g
 f Conc. Amor enim Dei quo pervenit ad Deum, non
 Mile- est nisi à Deo Patre per Jesum Christum eum Spi-
 ritu sancto. h
 & Illud ergo quod dicunt (Pelagiani) sufficere
 Atras. homini liberum arbitrium ad dominica præcepta
 c. ult. & implenda, etiam si Dei gratiâ & Spiritus sancti do-
 no ad opera bona non adjuvetur, omnino anathe-
 matizandum est & omnibus execrationibus dete-
 can. 2. standum. i
 Et tamen, Deo credere, & ab amore visibilium
 g Conc. rerum & temporalium se ad ejus præcepta imple-
 Atras. da convertere, omnes homines possunt, si velint:
 can. ult. Sed non existimant novi hæretici Pelagiani secun-
 dum eos hoc esse dictum, verum est enim omnino
 h Aug. omnes homines hoc posse, si velint; sed præparat
 4. contra voluntas à Domino: & tantum augetur mu-
 Julianu nere charitatis ut possint. k
 c. 3. Quoniam quod lex imperat, fides impetrat. l
 i Aug. Homo ergo gratiâ juvatur, ne sine causa volun-
 epistola tati jubeatur. m
 89. Non enim volentis, neque currentis, sed mise-
 rentis est Dei; n
 k Aug. Ex quo etiam est bonus usus liberæ volunta-
 l. 1. reir. tis. o
 c. 10. Nemo ergo debet temeraria illa, & à Patribus
 sub anathemate prohibita voce uti; Dei præcepta
 l Aug. homini justificato ad observandum esse impossibi-
 eps. 89. lia: nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo
 monet & facere quod possis, & petere quod
 m ibid. non possis, & adjuvat ut possis, &c. Licet enim
 c. 4. de in hac mortali vita quantumvis sancti & justii in
 grat. & levia saltem & quotidiana, quæ etiam venialia di-
 lib. 2. b. cuntur, peccata quandoque cadant: non propte-
 rea delinunt esse justii: nam justorum illa vox est
 n Rom. humilis & verax; dimitte nobis debita nostra.
 9. Quo fit ut justii ipsi, eo ipso magis se obligatos ad
 ambulandum in via justitiæ sentire debeant, quo
 o Aug. liberati jam à peccato, servi autem facti Deo, so-
 l. 1. re- briæ, justæ & piæ viventes proficere possint per
 tra. c. 9.

Christum Jesum: per quem accessum habuerunt
 in gratiam istam. Deus namque sua gratia semel
 justificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.
 Itaque nemo sibi in sola fide blanditur. a
 Fides enim si non habeat opera, mortua est in
 semetipsa; b
 Atque ex operibus justificatur homo, & non ex
 fidè tantum. c

C A P. X I.

Nemo in hac vita certus est de sua salute.

Q Uapropter, fratres, magis satagite, ut per bo-
 na opera certam vestram vocationem & elec-
 tionem faciatis; d
 Ac cum metu & tremore vestram salutem ope-
 ramini. e
 Scientes quod nescit homo utrum amore an
 odio dignus sit. f

Nemo igitur sibi certi aliquid absoluta certitu-
 dine polliceatur, tametsi in Dei auxilio firmissi-
 mam spem collocaet & reponere omnes debent.
 Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut
 cepit opus bonum, ita perficiet operans velle &
 perficere. Veruntamen qui se existimant stare, vi-
 deant ne cadant: g

Sciamusque nos nihil esse, nisi quod Deus dona-
 vit, in nobis ipse servaverit. b

In fide enim & in operibus bonis proficere, ac
 perseverare usque in finem, muneris atque auxi-
 lij esse divini, sanctorum scripturarum confirmat
 auctoritas; i

Quæ etiam docet ex Deo esse principium & pro-
 fectum, consummationemque vitutum. k

C A P. X I I.

Perseverantiam esse donum Dei.

A Sserimus ergo donum Dei esse perseveran-
 tiam quo usque in finem perseveratur in
 Christo. Finem autem dico qua vita ista finitur,
 in qua tantummodo periculum est ne cadatur. Ita-
 que utrum quisque hoc munus acceperit, quamdiu
 hanc vitam ducit, incertum est: si enim priusquam
 moriatur, cadat; non perseverasse utique dicitur,
 & verissime dicitur. l

Hanc enim perseverantiam de qua nunc agimus, i. l. de
 qua in Christo perseveratur usque in finem, nullo dono
 modo habuisse dicendus est, qui non perseveravit perse-
 usque in finem. m

Non itaque dicant homines perseverantiam cui-
 quam usque in finem, nisi cum ipse venerit finis; vide
 & perseverasse, cui data est, reperit fuerit usque
 in finem. n

Hoc ergo Dei donum suppliciter emereri po-
 test, sed cum datum fuerit, amitti contumaciter
 non potest. Cum enim perseveraverit quisque us-
 que in finem, neque hoc donum potest amittere, l. de do-
 nec alia quæ poterat ante finem. Quomodo enim
 potest amitti, per quod fit ut non amittatur etiam
 quod postea amitti potest? Sed ne forte dicatur, usque in
 finem perseverantiam non amitti quidem quam
 data fuerit, id est, quum perseveratum fuerit us-
 que in finem, sed tunc amitti quodam modo, quan-
 do agit homo per contumaciam, ut ad eam perve-
 nire non possit: sicut dicimus hominem qui non
 perseveraverit usque in finem, amisisse vitam æter-
 nam vel regnum Dei, non quod jam acceperat &
 habebat, sed quod acciperet & haberet, si perse-
 verasset. Verborum controversias auferamus, & o
 nonnulla etiam quæ non habentur, sed haberi speran-
 tur, posse dicamus amitti. o